Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26158
Copyright: Admont, Benediktinerstift

eternam gloriam. Vnde hoc. Constitu
ite diem sollempnem in conden
sis usque ad cornu altaris. Quan
doque corpus christi. Vnde apostolus. Habe
mus altare de quo edere po
testatem non habent. qui tabernacu
lo deseruiunt. Primum sacrificium
celestis ecclesie: secundum militantis
ecclesie: Quandoque orationem tuam uo
cis. Vnde altare: Holocausti quod
erat sub diuo cordis. altare in
censi quod erat intus uelum. Vnde
apostolus. Orabo spiritu. orabo et mente:

Dominus Illu
minatio mea et sa
lus mea. Psalmus
dauid priusquam lineretur:

Nota. Post primam unc
tionem quam homo recipit in bap
tismo ante quam habeat secundam
in celo recipit probationem: sic
et ad significandum in sabbato
pasche: post alleluia sequitur introitus.
Nota. Est paries corruptionis
scilicet caro. Vnde in cantico sponsa.
En stat sponsus post parietem:
Est paries populus fidelis. Vnde di
citur quod duo parietes uenerunt
ad unum lapidem angularem:
Est paries hypocrisis. Vnde dici
tur Paries dealbatus. Anima
quandoque dicitur ratio. Vnde hoc.
Sicut adipe et pinguedine
repleatur anima mea. Quandoque
sensualitas. Vnde hoc. Anima
mea et uenter meus. i. sensualitas
et caro. Quandoque uoluntas. Vnde hoc.
Ne tradideris me domine in animas
tribulantium me: Quandoque sua
uitas. Vnde sic solet exponi hoc.
Diliges dominum ex tota anima tua.
i. suauiter. Quandoque quod ualde dili
gat. Vnde hoc. Multitudinis cre
dentium erat cor unum et anima
una. [Quot modis accipiatur templum.]

Et uisitem templum eius. Tem
plum corpus. Vnde hoc. Soluite
templum hoc. et hoc. An nesci
tis quoniam menbra uestra templum
sunt spiritus sancti. Quandoque mundus.
Vnde ysayas. Et ea que sub ipso
erant replebant templum. i.
opera eius mundum. Quandoque
iustus. Vnde hoc. Templum dei
sanctum est quod estis uos. Quandoque
celum. Vnde hoc. Dominus de templo
sancto suo. Hic autem accipitur pro
iusto et pro celesti ierusalem.
In petra exaltauit me: Nota. [.i. christus dicitur petra. lapis. saxum.]
christus dicitur petra. lapis. saxum.
Petra autem est que frangi potest.
saxum quod frangi non potest. Vnde
christus mortalis dicitur petra. in
mortalis saxum. Vnde hoc. Fluxe
runt mel de petra: oleum autem
de saxo durissimo. i. miracula
de christo mortali scilicet spiritum sanctum
de inmortali. [De eodem.]
Nota iterum differentiam inter
lapidem et petram. Nam lapis par